



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 50. Taboritæ a Podiebracio exterminati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. electus Rex orthodoxam aboleret fidem,
A.C. 1458. ast sua opinione delusi sunt; Podiebracio
 enim satis persuasum erat, se nunquam
 in pace regno potiturum, nisi ad Ecclesiæ
 obsequium rediret. Unde non modo
 Rebelles armis compescere studuit, sed
 etiam illis vix domitis, ut longe arden-
 tius ad sinum Ecclesiæ, & unitatem fidei
 revertendi desiderium ostenderet, raro
 prorsus artificio Taboritas extirpavit, ut
 mox perspiciemus.

§. L.

*Taboritæ a Podiebracio exter-
 minati.*

Continua Orphanos inter & Taboritas
 diffidia nonnisi mutua exercitus sui
 clade dirempta fuere; quamvis enim hæ
 duæ sectæ concordiam redintegrassent,
 nihilominus Hussitæ brevi in duas factio-
 nes jam altera vice scissi sunt. Illi, qui
 sectæ suæ doctrinam ad solam commu-
 nionem sub utraque specie restringere
 renuebant, cum ceteris potentiores essent,
 urbem Tabor stratagemate occuparunt,
 ubi plena libertate illos quadraginta quin-
 que sectæ suæ articulos profitebantur.
 Podiebracius horum factionem ceteris u-
 nire desperans, eos omnino exterminare
 decrevit, hoc usus artificio.

§. LI.